Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



nos redemit paracem. ℟. Secunda lectio prima.

Hec dicit dominus. Contaminaste terram meam et hereditatem meam polluisti in abhominatione tua. Sacerdotes non dixerunt ubi est dominus et tenentes legem nescierunt me et pastores peccaverunt in me et prophetaverunt in baal. et ydola secuti sunt. Lectio secunda.

Adhuc iudicio contendam vobiscum ait dominus. et cum filiis vestris disceptabo. Transite ad insulas cethim et videte et mittite in cedar mittite. et considerate nimis et videte si factum est huiusmodi si mutavit gens deos suos. et certe ipsi non sunt dii. Populus vero meus mutavit gloriam suam in idolum. Obstupescite celi super hoc et portis eius desolamini nimis dicit dominus. Lectio tercia.

Duo mala fecit populus meus. me dereliquerunt fontem aquarum viventium. et foderunt sibi cisternas dissipatas quas continere non valent aquas. Numquid seruus est israel aut vernaculus. Quare ergo factus est in predam. Super eum rugierunt leones et dederunt vocem suam. Ad. Noct. capitul.

Propter hoc est pro nobis obediens patri usque ad mortem mortem autem crucis. ℣. Insurrexerunt in me testes iniqui. Coll.

Deus qui pro redemptione ~~[illegible]~~ de due pace custodi quos per lignum sancte crucis redimere dignatus es. Qui.

Qui semel oblatus ad multorum. In laudibus capitulum.

Exaurienda pena. sed sine pro apparebit expectantibus se in salutem. ℟. Cum ipsa mea. ℣. Homo pacis mee. Ad bn. ant. In die magno festivitatis stabat ihesus et clamabat dicens si quis sitit veniat et bibat. Collecta.

Sanctifica quesumus domine nostra iejunia et cunctis nobis propitius indulgentiam largire auxilio. Ad. iij. capitul.

Corpus meum dedi percutientibus